Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift

multos ad culpa traxerat delectatio
ne peccati · multos ad culpa reuocat ter
rore tormenti · quod et ita psalmista testa
tur dicens · Lætabitur iustus cum uiderit
uindictam impiorum · manus suas lauabit
in sanguine peccatorum · In peccatorum
enim morientium sanguine · iusti lauant
manus · quia dum eorum poena conspi
citur · conspicientis uita mundatur ·
Cui enim talis extitus cernitur · nisi solum
qui uiderit refugit · et alios etiam ab imi
tatione illi exortatione repellit · In ex
tremi uitæ animæ electorum nimio ter
rentur metu · incerti utrum ad premium
an ad supplicium transeant · Quidam
autem electi in fine suo purgantur ali
quibus quibusdam peccatis · quidam
in ipso suo fine hilarescunt æternor
contemplatione bonorum · Quamuis enim
quisque in hac uita sit iustus · tamen dum
de corpore isto egreditur pumescit ·
ne dignus supplicio sit · Nullus enim
homo absque peccato · nec quisquam
potest dicere securus esse iudicio ·